

reductio non sit proprie appellatio , cum non prececceleris actio iūcūtati non est ad Superiorē arbitrii interponenda : sed est tantum quasi quādā provocatio ad Judicem competentem , qui in tali casu est ille , qui Jūdex causa futurus erat , si lis in iudicio disceptaretur. Si sententia à qua est appellatio , vel petita reductio confirmetur , debet , qui succubuit , pœnam solvere . L. 38. ff. de Recept. si non confirmetur arbitrorum Sententia , non debetur poena . L. 13. tit. 26. lib. 8. R. C. Quando igitur Jūdex Ordinarius confirmat sententiam , à qua est appellatum , vel petita reductio , potest compromittens condemnatus appellare ad Judicem Superiorem , vel ad Regiam Cancelleriam , quod si ejus Senatorē prima sententia confirmat sententiam arbitrorum , non admittitur appellatio , seu supplicatio à tali Cancelleria sententia . Si revocetur arbitrorum sententia , potest à sententia revocatoria Cancelleria , Hispania de Vīsa , appellari , seu supplicari : & tunc ultima sententia Cancelleria , Hispania de Revista executioni mandatur . L. 4. tit. 21. lib. 4. R. C. ibi : Mandamos , que luego que la tal sentencia arbitria fuere dada , de que la Parte pidiere ejecucion , & execute libremente pareciendo , y presentandose el Compromiso , y Sentencia signada del Ejecutivo público , y pareciendo que fue dada dentro del termino del Compromiso , y sobre las esas sobre que fue comprometido , y que la Parte sea satisfecha de aquello sobre que fue sentenciado en su favor , haciendo obligacion , y dando fianzas llanas , y abonadas ante el juez , o jueces , ante quien se pudiere , o oyviere de executar la sentencia de tornar , y restituir lo que ubiere recibido por virtud de la tal sentencia con los frutos , y rentas , segun que fuere condenado , si la tal sentencia fuere revocada : y si la obra Parte oyviere reclamado , o reclamare , o pedido , o pidiere reduccion , y alvezario de buen varon , o fisco , o fisiere de nulidad , o por otro remedio , o recurso alguno , si la tal sentencia arbitria fuere confirmada por el Presidente , y Oidores , que de la tal sentencia confirmatoria no aya mas supplicacion , ni nulidad , ni otro remedio alguno pero si por fuerza inferior fuere confirmada , que pueda apelar para ante el Presidente , y Oidores , para que sentencies en ello : y si fuere confirmada no aya mas grado : y si fuere revocada por el Presidente , y Oidores , que de la tal sentencia revocatoria se pueda supplicar para ante ellos mismos , quedando en su fuerza la ejecucion , basta que se dé sentencia en revista .

Si inter arbitros alias sit Laicus alias Clericus , appellatio , vel reductio petenda est coram Clerici Superiori : quia dignius trahit ad se minus dignum . Et protectō hac appellatio , vel reductio interponi debeat in Nostra Hispania intra quinque dies à die notificationis . Arg. L. 1. tit. 18. lib. 4. R. C. qua Lege corrigitur juxta aliquos . L. fin. tit. 4. p. 3. ubi decem dies conceduntur ad hanc reductionem petendam , & quamvis hoc neget . Secundo in l. 4. tit. 21. lib. 4. R. C. n. 143. tamen secundus judicat interponere appellationem , seu reductionem intra quinque dies . Et idem dicendum de sententia arbitrorum . Et cum generaliter sit prohibita appellatio à sententia arbitrorum . L. 27. §. 2. ff. de Recept. l. fin. tit. 4. p. 3. ut admittatur talis appellatio , seu reductio debet inventari gravis laesio , que juxta Bartol. erit sexta pars rei , de qua compromittitur . Et juxta alios hoc judicis arbitrio relinquatur . Hovia de Com. Terrestr. lib. 2. cap. 14. ubi latē de his agit .

413 Arbitrii officium finitur . 1. Sententia definitiva pronuntiatione : nam tunc jam suo officio funetus censetur . L. 19. §. 1. ff. de Recept. adeo , ut nec suam sententiam exequatur , sed ejus executionem Judicii Ordinario relinquat . Arg. C. 4. de For. Compet. l. fin. tit. 4. p. 3. 2. Lapsum temporis praefixa compromissio , nisi à partibus prorogetur , vel in compromiso hac facultas arbitris concedatur . L. 32. §. fin. ff. de Recept. l. 27. tit. 4. p. 3. 3. Interim , vel transactio , vel celsione rei , de qua erat arbitrium ferendum . L. 32. §. 5. ff. de Recept. l. 28. tit. 4. p. 3. 4. Si recedens à compromiso solvit poenam in eo positam transgreßori , nisi adjecta sit clausula : Rato manente compromiso . L. 34. §. 1. ff. de Recept. l. fin. tit. 4. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. V. Pecba la pena . Nam tunc , etiam poena soluta , debet statu sententiae . Gonz. in c. 2. b. t. n. 23. 5. Morte arbitrii . C. 50. de Testib. etiam unius tantum , si sunt plures ; nam censetur industria persona electa . C. 42. de Offic. Delegat. nisi sit adjecta clausula : Si omnes non possint , arbitrentur reliqui , vel si res non sit integra , vel si sit compromissum in aliquam Universitatem , vel etiam in Praelatum sub nomine Dignitatis , secus eft , si persona est electa . C. fin. §. Is. de Offic. Delegat. 6. Arbitrii deportatione , vel professione religiosa , vel diuturna absentia . L. 28. tit. 4. p. 3. vel refectione , ob odium cum una , vel ob affinitatem cum alia parte . Et quidem arbitri-

biter non potest recusari nisi ob causam ortam , vel notam post compromissum factum . L. 15. ff. de Recept. l. 31. tit. 4. p. 3. Hovia de Com. Terrestr. lib. 2. cap. 14. n. 12. 7. Morte compromittentium , vel unius tantum . C. fin. b. t. nisi si Universitas , qua non moritur . L. 7. §. fin. ff. Quod cuiusq. si Curator , vel Procurator compromitterunt , non illorum mors , sed Minoris , vel Domini mors est attendenda : nam horum gratia factum fuit compromissum . Si Praelatus compromisit super eft , de qua potest solus disponsare , eis morte finitur compromissum : si de rebus Ecclesie adhibita solemnitate est factum compromissum , transit ad successorem . Molin. de Just. tr. 5. D. 43. 8. Multo compromittentium consenserunt : nam ab eorum voluntate ipsum accipit legem . Arg. C. 81. de Reg. Jur. in 6. idem dicendum est de officio arbitroris , quod eisdem modis finitur .

LIBER II. DECRETALIUM.

TITUL. I.

DE JUDICIIS.



*Judicium aliquando significat sūm rationis . L. 12. §. 2. ff. b. t. aliquando ultimam voluntatem . C. 4. de Separatione . In c. 6. aliquando actionem , condamnationem , sententiam , & jurisdictionem significat . In presenti tamen sumitur pro toto processu , qui coram Judice competente fit . Gl. in c. 12. de Reg. Jur. in 6. V. In Judiciis . Et definitur ex L. 9. l. 13. c. b. t. C. 10. de V. S. sic : *Judicium est legitima controversia , que inter auctorem , & reum intercedit , per judicem cognitio , discussio , ac definitio .* Et quidem in hac definitione satis explicantur , & comprehenduntur omnes partes principales judicij : nam per illam vocem *legitima* significatur , quod debet servari iuris ordo a Legibus praescriptus ; per illas voces *dissentio* , & *cognitio* significatur accurata inquisitio , & sedulius examen ad definiendam item per sententiam , quod per ultimam vocem significatur . Etiam comprehenduntur personae , quibus judicium debet constare : Scilicet , auctor , reus , & judex . C. 10. de V. S. Etiam continetur judicij materia : nam *controversia* est causa , causus , factum , punctum , materia , negotium , articulus , questione , iurgium , vel lis de qua est ferenda sententia . *Quæstio* , quia in iudicio disceptatur , aliquando pertinet ad factum : v. g. An Titius contraxerit , vel non matrimonium , vel alium*

contractum : & tunc dicitur *quæstio facti* . Aliquando vero pertinet ad ius : v. g. an tale matrimonium sit validum , vel non , an sit licitum , vel non : an talis contractus sit usurarius , vel non , an sit legitimus , vel non : & dicitur *quæstio juris* . Et licet praedicta nomina causæ , controvergia , negotij , &c. aliquantulum differant . C. 10. de V. S. sapè pro eodem sumuntur . Tempus , intra quod judicium sit , dicitur *Instansia* . Sic prima instansia est illud tempus , quod ab initio judicij , præcipue à litis contestatione usque ad sententiam definitivam currit : & secunda instansia vocatur , quando lis apud judicem appellatur , quando lis apud judicem appetitio disceptatur .

2. *Auctor* , sic ab agendo dicitur eft , qui primus provocat ad judicium . L. 13. l. 29. ff. b. t. l. 1. tit. 2. p. 3. adeo ut etiam in iudicio ex L. Diffamari 5. C. de Ingen. max. diffamans provocare censetur : ac proinde tanquam actor , diffamatus vero tanquam reus habetur . Etiam in iudicij duplicibus , in quibus uterque litigans est auctor , & reus , ut in iudicij divisorijs familia herciscundæ , communis dividendo , & finium regundorum , ille qui prius ad judicium provocat , auctor censetur . L. 13. ff. b. t. Ille , qui in causis civilibus auctor , in criminalibus accusator dicitur . L. 10. l. 13. ff. de Public. judic. quasi causator , quia ad causam vocat eum quem accusat , vel appellat ad judicium . C. 10. de V. S. Et ioco accusator aliquando succedit

Magistratus procedens per viam inquisitionis vel notorietas facti, vel fama delecti. C. 24. de Accusat. Ita ut semper iudicium tribus predictis personis saltem civiliter talibus, constare videatur. Reus in criminalibus sic dicitur à reatu, & in civilibus à re, quæ petitur. C. 10. de V. S. est ille, qui invitus, & provocatus trahitur ad iudicium. L. 2. tit. 7. p. 3. Et quidem ex Lege 12. Tabularum actori licebar manu injecta, seu ut dici solet, obtrato collo reum in iudicium trahere. Actor igitur, & reus sunt pericula in iudicio contendentes, seu litigantes, & cum actor in controversia petat, & reus neget, ratio ipsa naturalis dictat, quod eligenda sit, auctoritate publica, tercia persona, inter utramque media, quæ aquo libramine in bilance iustitia litigantis utriusque ius ponderet, ut det unicuique quod suum est: Et hac ratione iudicia radicaliter sunt Juris Naturalis, licet quoad solemnitates ipsorum, Juris Civilis sint. Hæc ergo tercia, & media persona dicitur *Judex*, quasi *jus dicens*, sive de jure disceptans: non tamen erit *Judex*, (scilicet, iustus) si non est in eo iuritria, cum iure dilectape juste judicare sit, teste D. Isidoro in c. 10. de V. S. Si vero, & propriè non sit *Judex* sed tantum probabilis, & publico, seu communis Populi errore habetur tamquam *Judex*, vel Episcopus, vel Praelatus, vel Parochus, vel Sacerdos, sententiae ab ipso pronuntiatæ, & acta ab ipso facta valida sunt. Arg. Text. in Celebri L. Barbarius Philippus 3. ff. de Offic. Praetor. quia in tali causa Ecclesia, vel Republica ob favorem publicum, & necessitatem supplet, & dat pro utroque foro iurisdictionem necessariam ad valorem sententiarum, aliorumque actuum judicialium, abolitionem Sacramentalium, & matrimoniorum. Non tamen valent ea, quorum valor non potest ab Ecclesia, vel à Republica suppleri: Sic quia Ordo Sacerdotalis, & sexus virilis requiruntur de Jure Divino ad valorem abolitionis Sacramentalis, non potest Ecclesia facere, quod valeat abolitione data à Laico, vel scismatico: quamvis Sacerdotes excommunicantur: Imò nec Ecclesia, vel Republica supplet iurisdictionem, quando error non est communis, nec quando, & si communis sit, est error crassus, & supinus ex ignorantia juris liquidus. Quæ deducuntur ex d. 1. 3. ff. de Offic. Praetor. L. 2. C. de Sentent. & interloc. C. 1. v. fin. 3. q. 7. l. 4. tit. 4. p. 3. ibi: Però si acceſſe, que a alio Servo, que andaviesſe por-

lire fuisse otorgado poderio de juzgar non sabiendo que yacia en servidumbre, en tal razón, como esas decimos, que las Sentencias, è los Mandamientos, è todas las otras cosas, que él oyviese hecho, como Juez faga el dia, que fuese descubierto por Siervo valdrián. Eijo sacaron por bien los Sabios Antiguos por esa razón, porque quando tal yerro como ese, si es que algun Pueblo comunamente, todos le deben dar passada: bien como si non fu jefe. L. 8. tit. 9. lib. 3. R. C. ibi: Valdrián basta el dia, que fuese descubierto por Siervo, pues que por comun opinion fue avido por libre. Latè Sanc. de M. atr. lib. 3. D. 22. plures citans. Greg. I. op. Aev. in pred. Leg. & alij com. Aliae persona, quæ in iudicio intervenient ad tres predictas reducuntur, & tamquam ipsarum accessoria in iudicio admittuntur. Tales sunt *Affiores*, sic ab *afſiōd* iudici dicitur: *Contiliarij*, qui sua Consilio iudicem adjuvant. Licet ipse non teneatur necessario *Consiliarij*, nec *Allefloris* dictamen sequi. Notarij, Tabelliones, Protocolista. Actuarij, Secretarij, Scriba publici, qui acta publica, & judicialia publica authoritate scribunt. Advocati, Procuratores, qui suo patrocinio, & diligentia adjuvant litigantes. Nuntij, *Judicales*, *Pedelli*, Apparitores, & alii hujusmodi, qui iusta Magistratus exequuntur, quos Hispanie dicimus: *Alguaciles*, *Ministros*, & *Corbetes*. Referendarij, Hispani: *Relatores*, qui in breve narrationem substantia redigunt processus, ut Judici referant. Fiscales Auditiorum in Indijs, praeter obligationem defendendi, causas *Fisci Regii*, & alia plurima onera, regulariter etiam sunt Indorum Protectores, toga utuntur: sicut Senatores, Hispani: *Garnacha*, & post illos in codem Tribunalis sedent, sed non habent suffragium in causarum decisione, polluntque habere adjutorem, Hispani: *Solicitador*, & *Agente Fiscal*. Tit. 18. lib. 2. R. Ind. Relatores debent esse advocati, faciunt, jurant, & subscribunt relationem, & in actis inferunt. Tit. 22. lib. 2. R. Ind. Oficiales maiores Auditiorum, Hispani: *Alguaciles Mayores*, iustitia executioni incumbunt iusta prescriptum Auditiorum, aliosque inferioris Ministros, & Custodes carcerum designantur, & in Tribunalis cum Senatoribus ledunt post Fiscalem. Tit. 20. lib. 2. R. Ind. sed omnes predicti minus principaliter pertinent ad iudicium, & considerantur tamquam peremptio accessio*ri* *Judicis*, actoris, & rei.

3. *Judicium multiplicita dividitur: &*

qui-

quidem r. aliud est *Ecclesiasticum*, *Secularia* e aliud. *Ecclesiasticum* est, quod initituitur à Judice Ecclesiastico, qua tali: & veratur circa causas spirituales, & illas annexas. Et tunc etiam respectu Laicorum exercetur. Tales sunt causæ de Fide, de Sacramentis, de electione Prelati, de Matrimonio, de Decimis, de Beneficijs, de Jure Patronatus, & alia hujusmodi. Etiam veratur circa quedam crimina, ut sunt heres, & simonia. Etiam ad res temporales extenditur, quando uterque litigans, vel saltem reus est Ecclesiasticus. C. 1. c. 12. de Foro compet. C. 2. c. 8. b. t. L. 57. tit. 6. p. 1. *Sa uare* est illud, in quo cognoscit, & procedit *Judex Secularis*, qui talis: ut in causis mercè profanis, quando uterque, vel saltem reus est Laicus. C. 5. de For. compet. L. 57. tit. 6. p. 1. quæ causa adeo propria fuit Secularis sunt, ut nec Summus Pontifices in causis Laicorum merè temporibus iurisdictionem direcere exerciseat, nisi in territorio, suo temporali Dominio subiecto. C. 13. b. t. Quando Pontifex, vel Episcopus iurisdictionem temporalem in aliquo territorio obtinet: ea negotia, quæ coram ipsis, ut Dominis temporibus, & *Judicibus Secularibus* aguntur ad iudicium Secularum spectant. L. 8. tit. 3. lib. 1. R. C. Et in nostra Hispania tales Episcopi, vel *Judices Ecclesiastici* iurisdictionem temporalem exercentes debent illam exercere per Regias Tabelliones, Oficiales, & Ministros Laicos: nec debent procedere per centurias Ecclesiasticas, debentque admittere appellations ad *Judices Seculares Superioris*, seu ad Regias Cancelarias. C. 3. §. Debet, de Appellation. in 6. imo & in negotijs. S. Inquisitionis, Tabelliones, & Secretarij Laici debent intervenire. Actu. in L. 8. tit. 3. lib. 1. R. C. n. fin. Similiter si Laico, vel scismatico delegetur à Papa, ut potest ex plenitude potestatis. C. 7. 2. q. 4. Causa Ecclesiastica, sive civilis, sive criminalis, quæ scilicet versetur inter Clericos, illa ad iudicium Ecclesiasticum pertinet: quia tunc *Judex Secularis* non cognoscit, quia talis, sed potius nomine delegantis. L. 1. §. 1. ff. de Offic. c. us, cui mandat. Et ideo notanter dixit: *Judex Ecclesiasticus*, quia talis, & *Judex Secularis*, quia talis, in divisione utriusque judicij. Laicus bene potest esse *Affior*, Notarius, vel Executor in causa Clericorum: imo & in causa fidei admittuntur Laici, ut Consultores in Tribunalis S. Inquisitionis. Gonz. in C. 1. b. s. n. 4. In his enim causis nullum.

Ton. I.

lam jurisdictionem exercent Laici in Clericos, vel in causis Ecclesiasticis, sed nudum ministerium *Judici Ecclesiastico* exhibent, quod minime est prohibitum. C. 11. de Procurat. in 6.

4. 2. *Judicium aliud est petitorum*, aliud *possessorum*. *Petitorum* est, in quo agitur de proprietate rei, quam petat actor, ibique que competere intendit: v. g. si petat fundum, predium, hereditatem, uxorem, beneficium, patronatum, & alia hujusmodi. Etiam veratur circa quedam crimina, ut sunt heres, & simonia. Etiam ad res temporales extenditur, quando uterque litigans, vel saltem reus est Ecclesiasticus. C. 1. c. 12. de Foro compet. C. 2. c. 8. b. t. L. 57. tit. 6. p. 1. *Sa uare* est illud, in quo cognoscit, & procedit *Judex Secularis*, qui talis: ut in causis mercè profanis, quando uterque, vel saltem reus est Laicus. C. 5. de For. compet. L. 57. tit. 6. p. 1. quæ causa adeo propria fuit Secularis sunt, ut nec Summus Pontifices in causis Laicorum merè temporibus iurisdictionem direcere exerciseat, nisi in territorio, suo temporali Dominio subiecto. C. 13. b. t. Quando Pontifex, vel Episcopus iurisdictionem temporalem in aliquo territorio obtinet: ea negotia, quæ coram ipsis, ut Dominis temporibus, & figura iudicij quoad solemnitates, sed tantum attenta rei veritate pronuntiantur sententia. Hoc iudicij genus initiatum in causis, que certem expeditionem deiderant, ut sunt cause beneficiale, matrimoniales, decimarum, usurarum, mercedum, mercatorum, tributorum, alimentorum, donis, naufragorum, pauperum, & miserabilium personarum, & aliqua cause incidentes. Etiam hoc iudicium discepatur, quando dandus est Tutor, filius emancipandus, vel adoptandus, quando ros est modica, ut in delictis levibus. L. 6. ff. de Accusat. quando cognoscitur in iudicio possessorio preparatorio ad petitorum, quando quantitas debiti, & iumenta attenta qualitate personarum est exigui pretij. Et haec ratione lites Indorum regulariter sunt iumentaria definitae. L. 10. 1. 11. tit. 10. lib. 5. R. Ind. Quando alicui committitur, ut procedat in causa simpliciter, & de planis, & sine strepitu iudicij, debet procedere: Non necessario exigit libelum, litis contestationem non posset, in tempore etiam foris curia ob portium necessitatem insularum à jure procedere oletat: amputet dilatationem materiam, item, quando poteris, faciat brevorem: exceptiones, appellations dilato, rias, & frustratorias repellendo, partium adiutoriorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, testium superflua multitudinem refre-

referendo non sicut iudex item abreviet, quia probations necessariae, & defensiones legitime admittantur: citationem verò ac prestationem juramenti de calunnia, vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur per commissionem bujusmodi intelligitur non excludi. Aliqua tamen petitio ex parte actoris, & rei in exordio lititis est facienda, sive scriptis, sive verbo, actis tamen continuo (ut super quibus positiones, & articuli formari debent) posse haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarior) inferenda. Cl. 2. de V. S. 4. Judicium aliud est *civile*, aliud *criminalis*. *Civile* est, in quo actor principaliter prosecutus commodum privatum ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto proveniens. Et hinc quando de criminis agitur, non ad vindictam publicam, sed ad communum privatum, illud judicium *civile* est: si ad utrumque agatur, dicitur mixtum. *Criminalis* est, in quo de criminis agitur: & quidem criminaliter, seu ad vindictam publicam, v. g. si agatur contra aliquem ad privationem officij, vel ad peccatum corporis afflictionem, vel ad infamiam, vel ad multam pecuniariam, vel quid simile. Si vero res est irroganda pecunia capitalis, hoc est, vel mortis naturalis, vel servitutis, vel deportationis, dicitur judicium *criminalis capitale*. Haec sunt principales judiciorum divisiones, alii omis- sis, quae facile percipiuntur. In *civicio* scilicet in judicio *flare* possunt omnes illi, qui habent personam legitimam stanti in judicio, ut sunt homines liberi, nisi aliqua ratione prohibeantur: cum cuilibet licet ius suum prosequi, actionem intentando, & se defendere exceptions opponendo. Nequeunt tamen in *civicio* *flare*. 1. Furiosi, amantes, infantes, pupilli, surdi, muti, prodigi; sed pro ipsis tam ad agendum, quam ad defendantum, *civicum* subeunt Curatores, & Tutores. L. 1. §. 2. ff. de *Administris* & *periculis*; ibi: Sufficit *Tutoribus* ad plenam defensionem, sive ipsi *judicium* suscipiant, sive *pupillus* ipsi *ad vocandos*. Admittit tamen *pupillus* etiam sine *Tutore* in causa *criminalibus*, si exigente publica utilitate, si alter nequeat probari delictum. Si *pupillus* comparans sine *Tutore* in judicio non repellatur ab *adversario*, & vincat, sustinet sententia in ejus favorem lata, ne alias in ejus damnum retoqueretur, quod in ejus favorem fuit introductum. 2. Minor 25. annis, nec in *civilibus*, nec in *criminalibus* habet legitimam personam stanti in judicio sine Curatore, & sententia contra ipsum lata,

tamquam contra indefensum est ipso jure nulla. L. 45. §. 2. l. 54. ff. de *Re judic.* pro ipso tamen lata sustinetur. L. 14. C. de *Procurat.* ibi: Minoribus enim atas in dannis subvenire: non in rebus prosperis gestis obesse convevit. L. 11. tit. 2. p. 3. ac proinde, si minor Curatorem non habeat, ipsi, etiam invito, ad item est Curator dandus. §. 2. *Inst. de Curator*, cuius officium, lice finita, cessat. §. fin. *Inst. de Authoris*. *Tutor*. l. 7. tit. 2. p. 3. Minor tamen, qui jam pubes est, haber personam stanti in judicio sine Curatore. 1. In causa spirituali, ut in causa matrimoniali, beneficiali, decimali, & etiam in annexa spirituali, v. g. si super dote ratione matrimonij contracti, vel super jure patronatus annexi beneficio, minor moveatur lis. Si tamen impubes est dandus est ipsi ab Episcopo, vel Vicario, vel delegato Curator specialis, qui loco illius prosecutus sit, etiam si Tutorum habeat. C. fin. b. t. in 6. Et ibid. DD. 2. Si juravit non contravenire gestis, vel gerendis in judicio. 3. Si juravit, se maiorem. 4. In causa momentanea possessionis. 5. In querela de toto violato, hoc est, si matrimonij sui injuriam prosecutatur, secus alteri. L. 15. §. 6. ff. ad *Leg. Julian.* d. *Adulter.* 6. In causa alimentorum, si periculum est in mora. L. 1. C. de *Aliment. pupill. praestand.* 7. Si 20. etatis anno completo venian etatis aliquis minor impretravit. L. 2. C. de *bis*, qui *veniam* et. 8. In preparatoriis judicij usque ad contestationem iuris exclusiv. Denique, quandocumque ex confusione, vel statuto potest minor sine Curatore *flare* in judicio.

5. 3. Filius familias non habet personam legitimam stanti in judicio. Et quidem si contra patrem vult litigare, ut potest de causa spirituali. C. 11. de *Sponsalibus*, vel de patria potestate, vel de peculio *Caffrenibus*, vel quasi *Caffrensi*, vel de alienis; tunc indiger *venia Praetoris*. L. 13. ff. de *Jus vocandi*. L. 3. tit. 2. p. 3. quae Lex loquitur de filio, qui à patria exierat potestate, & tunc petita *venia* non solum in predictis casibus, sed etiam in quacumque causa potest filius contra patrem agere, dum non sequatur *poena mortis*, vel *mutilacionis*, vel *infamiae*. Si tamen filius magnam injuriam, vel damnum in sua persona, vel bonis passus sit, potest agere contra patrem actione in factum ad emendandum. Idem dicitur de *liberto gratis manuissimo*, quicquidem non potest agere contra patronum, nisi petita *venia* a *Judice*. Eadem *veniam* debet petere gener, quan-

Ecclesia, ipse Vicarius de jure Vicaria, qua talis, respectivè agent. Eodem modo discurrendum est de Recktoribus Hospitalium, & aliorum piorum locorum.

6. Servus in causis pecuniaris non habet legitimam personam standi in iudicio. L. 6. C. b. t. benè tamen admittitur in causis concernentibus suum statutum, vel utilitatem publicam, & in causis Criminalibus. L. 53. ff. b. t. l. 9. tit. 2. p. 3. 7. Excommunicatione majori ligatus repellitur à iudicio, vel à parte per exceptionem, vel à Judice ex officio, quando ipse excommunicatus accedit voluntarie, non solum tanquam actor, sed etiam tanquam reus, ut sic Censura Ecclesiastica magis timeatur, & excommunicatus rubore suffusus humilietur, & reverenter reconciliationem procuret. C. 7. b. t. c. 2. c. 12. de Except. c. 8. de Sentent. exom. in 6. Suar. de Censur. D. 16. sect. 3. & 4. Quando vero invitus ad iudicium accedit, vel tanquam reus, vel etiam tanquam actor, tenetur in iudicio comparete, vel per Procuratorem, ut debet ex honestate (& sic intelligitur verbum debet. Text. in C. 7. b. t. Gonz. ibid. n. fin.) non tamen ex necessitate: siquidem per se potest comparere in iudicio: quia si ex debito, vel crimen non posset trahi in iudicium, lucrum ex suo delicto reportare contra Text. in C. 7. b. t. Glott. ibid. V. Conveniri. Suar. de Censur. D. 16. sect. 4. n. 6. contra Declum, Imol. & alios, qui dicunt excommunicatum solum posse, & debere stare in iudicio per procuratorem. Quando igitur ad iudicium si invitus trahitur excommunicatus potest actorem reconvenire. Si reconventionem conexa sit cum actoris conventione, quia tunc potius se defendit, quam agit, & omnis defensio, ut à Jure Naturali descendens, illi permittitur, ac propterea potest opponere exceptions, reculare Judicem, & ab eius sententia appellare. Non tamen poterit reconventionem ponere, si hæc est inconnexa cum conventione: nam reconventione est reciproca petitio. C. 2. de Mutuis petit. & reconveniendo in nova, & inconnexa causa fit actor voluntarius: quod omnino ipsi prohibetur. C. 7. b. t. Similiter intelligitur reus voluntarius accedere, quando intendit remedium. L. Diffamari, 5. c. de Ingen. manum, & è contra censurem actor accedere invitus, ac consequenter in iudicio admittitur, cum tunc ad se defendendum accedere credatur. G. 5. c. finde Except. vel quando agit in concernentibus anima-

periculum, vel quando perit revocationem attentatorum, vel quando agit, quia periculum est in mora, vel si impeditur facere sibi permisit, vel si agat de bono publico sua Ecclesia, vel si intendat probare excommunicationem, esse nullam; arg. C. 1. de Re script. in 6. Barbos. in c. 7. b. t. ex n. 10. Post Extr. Mart. V. ad evitanda. Si excommunicatus vitandus est, regulariter debet necessario repelliri: si toleratus sit, potest a parte, vel Judice repelliri, licet non necessario repellatur, si non repellitur, valent acta in iudicio, quamvis illicite fiant. Gonz. in c. 7. b. t. n. 6.

7. Licet regulariter, nemo compellatur agere, vel accusare, cum cuiuslibet liberum sit actioni, & juri, quod contra alium habet cedere. L. un. C. Ut nemo invit. ager. vel accusar. l. 46. tit. 2. p. 3. Si vero quis semel actionem proposita cogi potest, eam prosecui. Aut. Qui semel, C. Quomod. & quand. Judic. etiam agere compelluntur Tutores, & Curatores prout minoribus; arg. L. 2. C. Arbitrium Tuto. Procurator. L. 11. l. 13. C. Mandat. Administrator Civitatis; arg. L. 2. §. 7. ff. de Administr. rer. ad Civit. pertin. Qui fraudulenter agit contra mercatorem, vel alium viatorem, ut differat ejus iter compellitur, & merito quidem, à Judice ad instantiam partis, ut intra breve tempus contra tales mercatores, vel viatorem agat: alias non auditor donec a suo ittere, vel via redierit. L. fin. tit. 2. p. 3. Qui alterum diffamavit, cum censurem provocasse diffamatum, ad hujus instantiam compellitur, ad agendum intra certum tempus, alias ipsi silentium imponeatur. L. Diffamari, 5. c. de Ingeniis manum. Qui semel promisit coram Judice sedente pro Tribunal, se litigaturum, dum sit Judex proprius, & non unicus, quamvis lis non sit contestata, non potest a iudicio resilire, nec forum declinare, nisi ex nova causa, vel si antiqua detegatur: quod si legitime citatus non compareat, ut contumax excommunicatur. C. 1. b. t. Si in Judicem alienum consenserit, ante litis contestationem, tanquam re adhuc integra, resilire potest. L. Si conoverit, 18. ff. de Jurifd. Gonz. in C. l. b. t. n. 12. Judices Princeps inferiores, sive Ordinarii, sive Delegati, non possunt cogere litigantes stare per se in iudicio, nisi causa fuerit Criminalis; si est infingenda poena corporis afflictiva relegatione major, vel etiam pro veritate dicenda, vel pro juramento calumpnia praefan-

do,

do, si ipse litigans non habeat procuratorem cum speciali mandato ad hoc juramentum faciendum. Nam in his casibus, vel quando alia necessitas exigat, possunt Judges litigantes cogere, ut coram ipsis compareant per sonitum: C. 1. b. t. in 6. Extra hos causas, possunt litigantes ut jure fibi conceitto, ac proinde per se, vel per Procuratorem alternativè comparere. C. 2. de Procurat. quo jure solum ab ipso Legislatora possunt privari; arg. C. 17. de Reg. iur. in 6. ibi: *Indultum a iure beneficii non est alium auferendum.* L. 3. tit. 7. p. 3. Litigantes tamen per se ipsos, non per Advocatos proponere debent ea, que ad factum spectant; nisi sint personae rudes. C. 14. b. t. L. 20. §. 1. ff. de Inter ogat. in iur. quia ipsi rem melius perspectant habent; arg. C. 40. de Elec. Hodie vero factum, & jus ex eo resultans per Advocatos proponuntur.

8. Causæ, quæ ad iudicium Ecclesiasticum spectant sunt in duplo differentia, alia enim sunt spirituales, quæ & merito Ecclesiastica appellantur, alia sunt temporales. Spirituales dicuntur illæ, quæ ex suo objecto sacra sunt, & circa rem sacram versantur. Temporalis sunt, quæ ex se habent objectum profanum; sed quia contra personam Ecclesiasticam proponuntur, vel ex alio capite ad Judicem Ecclesiasticum pertinent. Ecclesiastica dicuntur. Causæ spirituales, seu mere Ecclesiastica, etiam inter, & contra Laicos verantes, ad Judicem Ecclesiasticum pertinent. C. 2. c. 3. b. t. c. 18. §. Prohibemus, de Haret. in 6. C. 12. de Sent. exom. in 6. quia potestas, & jurisdictio spirituallis, quæ ad iuris definitionem requiriuntur eit a Christo D. concessa D. Petro. Math. 16. v. 18. ubi Petro dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Et apud Joan. 21. v. 17. dixit: *Pasc oves meas.* Et in Petro, ejus Successoribus idem concedit, & nullo modo Laicos. C. 6. de Majori. & obed. Extr. l. eod. int. com. Inde est, quod harum causarum exemplio à potestate, & jurisdictione Laicorum à Jure Divino provenit: siquidem harum causarum judicialis cognitio requirit potestaten spiritualem à Christo institutam, & Divo Petro, & ejus Successoribus conceellant; & ab his, scilicet Romanis Pontificibus, communicant Judicialibus Ecclesiasticis, & nullo modo Laicos. C. 16. de Conf. t. c. 1. D. 96. Bellarm. de Cleric. lib. 1. cap. 28. Bobadill. Polit. lib. 2. c. 18. n. 32. L. 50. tit. 6. p. 1. ibi: *Franqueados con aun los Clerigos en otras cosas, sin las que diximos en las Leyes anter de esta, é esto es en razon de sus juzgios, que se departen en tres maneras. Ca, ó son de las cosas espírituales, ó de las temporales, ó de fecho de pecado :: B todas estas cosas sobredicidas, é las otras semejan es delas, perteneseen á juicio de Santa Iglesia, é los Perseguidos las deben juzgar.* Et ibid. Greg. Lop. Causæ ergo Ecclesiastica sunt, quæ pertinent ad fidem, Sacramenta, sacrificia, vota, juramenta, Ritus Sacros, Censuras Ecclesiasticas, & prædictis annexa: nam magis dignum trahit ad leminus dignum, arg. C. 7. t. q. 3. C. 3. de Conf. Eccles. ut sunt cauæ decimarum, & alia hujusmodi. Etiam sunt Cauæ Ecclesiasticae, quæ versantur circa matrimonium fidelium (quia non solum contractus, sed etiam Sacramentum est) quantum ad ejus valorem, obligationes, & solutionem quad vinculum; vel etiam quoad torum, etiam ad breve tempus. C. 5. de Procurat Tridi, Jeff. 24. de Matr. Can. 12. Quoad ceremonias vero, pompam, & solemnitates extrinsecas matrimonij, Laicus Judex competens esse potest; de illisque bene valet cognoscere: immo & ad iuvandum dispositionem Sacrorum Canonum, potest punire matrimonium clandestinum contrahentes. L. 49. Taur. l. 1. tit. 1. lib. 5. R. C. & adulteros. C. 5. de Procurat. & compellere spousos injuriantes, contrahentes, & conjugem divertere cogit ad suum conjugem redire. Matrimonia vero infidelium, quia tantum contractus sunt, ad Judicem sepcularem penitus spectant. Si circa sepulturam verletur aliqua questione juris, sive actione realis intentetur; v. g. Si dubium sit, an Titio competit jus sepulture in aliquo loco Ecclesiastico: sive actione personalis proponatur; v. g. Si dubitetur, an valeat promissio Titio facta de eo sepeliendo in sepulchro majorum: cum jus sepulture sit spirituale, vel spirituali annexum, scilicet, loco Sacro, vel Ecclesia, de tali questione solum Judex Ecclesiasticus cognoscit, & pronuntiat. Si vero quæstio circa metum factum tantum vertetur: v. g. an Titio sit jus sepulture promissum, vel non: vel si quæstio veretur circa impensis funeris, Judex Sacularis cognoscit: cum tunc tantum de facto, non vero de aliquo iure spirituali cognoscat, quod tantum ipsi est prohibitum. Jus patronatus cum sit jus spirituali, vel fætem spiritualibus annexum, tamen ordinatur ad beneficium Ecclesiasticum conferendum, conseqüenter ad ju-

judicium Ecclesiasticum spectat. C. 3. b. t. ibi: Causa juris patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quod non nisi Ecclesiastico iudicio valeat definitivum. L. 56. tit. 6. p. 1. Si vero ius patronatus non per se, sed accessoriæ, & in cumulo, & universitate bonorum confidetur de eo potest iudex Secularis cognoscere; arg. C. 7. de Jure Patron. de Jure Regio patronatus, quod inter Regalia reputatur cognoscunt Prætoria Regia in nostra Hispania. L. 34. tit. 5. lib. 2. R. C. Gonz. in C. 3. b. t. n. fin. Solorz. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. ex. n. 27. In Indiis cognoscunt, inter quacumque personas, de causis patronatus cum aliiorum inhibitione, Proteges, Gubernatores, & Praefides, quibus hac facultas, tamquam Vice-Patronis à Rege conceditur. L. 1. tit. 6. lib. 1. R. Ind. Et potest appellari à sententi Vice-Patroni ad Regias Cancelarias: quod si aliquod grave dubium emergat circa materiam patronatus non debent Praefati Ecclesiastici quid innovare, sed debent dubium remittere decidendum Regio Indiarum Consilio, L. 45. tit. 6. lib. 1. R. Ind. Debent tamen tales Judices Seculares se intra terminos, & limites concessionis continere, quin manum ad prohibita extendant. Nam ut respondit Heva Serpenti. Gene. 3. v. 3. De fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus, ne comedemus, & ne tangereamus illud, ne fortè moriamur. Latè de hoc agunt D. Petrus Raffo de Reg. Indiar. Patron. tom. 1. cap. 34. ex n. 32. Villaruel de Regim. Eccles. art. 4. & 9. art. 1. ex n. 28. Solorzan. & alij. Quando principaliter agitur de dote, & alimentis conjugi praestans, solus iudex Laicus cognoscit; si vero incidenter in causa divorcij de ipsis agatur, quia vir nolit uxori, quia adultera est, dare detem, & alimenta, ea causa trahitur ad magis principalem, qualis est causa divorcij, ac proinde coram Judge Ecclesiastico deceptetur. C. 3. de Donat. inter Vir. Gom. in l. 50. Taur. n. 53. Sanct. de Matrim. lib. 10. D. 8. n. 15. Etiam aliqua crima reservantur iudicio Ecclesiastico & nullo modo Laicorum, etiam si Laicos committantur, ut heresis, simonia, & alia, de quibus in iis locis agemus. L. 58. tit. 6. p. 1. Causa predicti, & alii pertinentes ad iudicium Ecclesiasticum afferuntur in l. 56. tit. 6. p. 1. Si dubitetur ad quem pertinet decisi alicuius causæ, hoc dubium ab Ecclesiastico deciditur. C. 12. de Sent. excom. in 6. quia hic licet

fortè incompetens esset, non est incapax de causa seculari cognoscendi, sicut est incapax Laicus in causa Ecclesiastica procedendi; siue nullum esset periculum, quod iudex Ecclesiasticus limites sua potestatis excederet, sicut esset in Judge Laico.

9 Causæ temporales, quæ agitantur inter Clericos, vel saltæ, quando reus, cuius forum sequitur actor. C. 8. de Foro compet. est Clericus, etiam pertinent ad iudicium Ecclesiasticum. G. 2. c. 4. c. 8. e. 10. b. t. c. 2. c. 12. de For. comp. c. 26. & pr. tot. 11. q. 1. L. 57. tit. 6. p. 1. Et hoc habet locum, sive Causa Civilis sit, sive Criminalis, sive in iudicio petitorio, sive in postitorio deceptetur, sive probations liquida sint, sive non. Sive iudicium exercetur cognoscendo, & definiendo, sive executioni mandando sententiam à Judge Ecclesiastico latam, nisi iam exequatur Laicus de iudicis Ecclesiastici mandato. Et non solum quando Clericos, vel Ecclesia conveniunt actione personali debet coram Ecclesiasticoflare; sed etiam quando actio realis intentatur ob generalitatem. Text. in C. 2. C. 6. 11. q. 1. c. 2. C. 4. b. t. quia res tamquam accessoriæ personæ, per sonam sequuntur. L. 43. ff. de Rei vindicatione, nec potest Clericus, etiam ratione officij Secularis, quod exercet coram Seculari conveniri: nam licet possit à Princeps tali officio privari, tamen criminaliter, & civiliter debet (ex Jure Canonico) coram Ecclesiastico flare. Clar. fin. q. 36. n. 25. Si Clericus in iudicio Seculari falsum testimonium dixit, non potest pro eo à Seculari puniri; arg. C. 4. b. t. Covarr. Jul. Clar. Saiced. Barb. lib. 1. de Jure Eccles. cap. 39. §. 2. n. 90. Si Clerici ratione bonorum, quæ habent, aliquam contributionem debeant solvere, hæc debet peti coram Ecclesiastico ex declaracione Clem. VIII.

10 Hoc privilegio fori gaudent. 1. Clerici, non solum in sacris, sed etiam in minoribus, vel prima tonitura constituti. C. 2. b. t. Sed ex Trid. Jeff. 23. de Ref. cap. 6. & L. 1. tit. 4. lib. 1. R. C. ut in minoribus constitutus hodie gaudent fori privilegio est necesse, ut vel beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum cum tonsura defera, & simil aliqui Ecclesia, ex mandato Episcopi inseriat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendo versatur. Clerici conjugati, si cum una, eaque Virgine matrimonialiter

copulati sint, alicuius præterea Ecclesia ministerio ab Episcopo sint deputati, & intèr Clericali habitu, & tonitura utantur, saltem in causis Criminalibus gaudent fori privilegio. C. un. de Cleric. conjug. in 6. L. 2. tit. 4. lib. 1. R. C. ibi: Los clérigos de Corona, y menores Ordenes, que conforme al Decreto del Sacro Concilio, y a la Ley antes de la que pueden gozar del privilegio del fuero, sea, y se entienda tan solamente, quanto al privilegio del fuero en las causas Criminales (pero en todo lo demás, así en el pecar, como en el pagar Alcavala, y en todas las otras cosas, no Jean effertos, ni gocen del privilegio, y paguen, y contribuyan como los legos; y en flor, y en todo lo demás sean avisados por tales, salvo los no casados, que actualmente tuvieren beneficio Ecclesiastico) Quod saltæ in nostra Hispania servandum est: quod quidem privilegium non extenditur ad Clericorum uxores. Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 62. contra alios. Clerici in minoribus etiam non conjugati non eximuntur a solvendis debitis tributis nisi actu habeant beneficium. Acreed. in l. 2. & 4. lib. 1. R. C. & intelligit Legem 6. tit. 18. lib. 9. R. C. de Clericis in Sacris, & de minoribus, si habent beneficium Ecclesiasticum. 2. Privilegio fori gaudent Regulares utriusque sexus, etiam Laici; arg. C. 29. 17. q. 4. Imo & Noviij; arg. C. 21. §. 1. de Sentent. ex com. in 6. Sancti. in Decal. lib. 6. cap. 10. n. 10. Barbo. de Offic. Episc. al. eg. 12. n. 37. & 38. 3. Religiosi Ordinum Militarium, oblati, qui Religioni le suauique tradiderunt. Tertiarij S. Dominici, & S. Francisci, Eremiti si in communis vivant, & juxta modum ab Episcopo approbatum, Rectores Hospitalium, quæ auctoritate Episcoporum sunt erecta, si intra domos degant, & ipsi Hospitalarij, qui sub eorum obedientia vivunt, hoc privilegio gaudent. Barb. de Offic. Episc. alleg. 12. n. 37. familiares Episcoporum in nostra Hispania non gaudent privilegio fori, ex Derr. post tit. 1. lib. 4. R. C. Oppositum tenent alij.

11 Sunt tamen plures causæ, in quibus Clerici non gaudent privilegio fori, sed coram iudicibus Secularibus debent comparent. Sieque ad iudicium Seculare spectat causa feudalis, super qua Clericus conveniri potest coram Domino feudi, etiam si Laicus sit. C. 5. b. t. c. 6. c. 7. de Foro compet. L. 57. tit. 6. p. 1. hac ferè ratione in nostra Hispania Ecclesia, Monasteria, vel Clerici, qui habent ali-

quia

quia tunc tantum indirecere contra Clericū agitur. Similiter alio Clericus, qui nomine alieno ratione officij convenit, ut Tutor, Curator, vel Procurator aliquius Laici. *Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 130.* vel si Clericus sit haeres aliquius Laici, post item cum de functo confeſſatam, tenetur coram Sacerulariſtare. *L. 57. tit. 6. p. 1.* Et ibid. *Greg. Lop. V. Demandas*, quia ubi inceptum est semel judicium, ibi, & finem accipere debet. *L. 30. ff. b.* Clerici Administratores pecuniae publicae, vel Regiae, vel habentes aliud Officium Sacerolare, v. g. si sint Auditores Regij, Cathedratici, vel Medici, etiam Familiares S. Inquisitoris, & etiam equites Ordinum Militarium, qui sunt Decuriones alicuius Civitatis, & alii hujusmodi, ratione officiorum (sed non ultra, nec extra ipsa) convenientur attento jure Hispanie, coram Judice Saculari. *Hevia in Cur. Phil. p. 1. §. 5. ex n. 22.*

12 In criminalibus potest etiam in aliis casibus Iudex Sacerularis contra Clericum procedere, scilicet. 1. quando Clericus, etiam Sacerdos sit, est actualiter degradatus, & brachio Sacerulari traditus. *C. 4. c. 10. b. t. 2.* si sit assasinus. *C. 1. de Homicid. in 6.* debet tamen procedere declaratio assasinij facta à Judice Ecclesiastico: *ex Declarat. Clem. VIII. 18. Dec. 1595.* Et procedit de verò assino, qui opere infidelium homicidium perpetravit. 3. si habitum, & tonfuram non deferat, & ter monitus sit ab Episcopo sub poena amittendi privilegij Clericalis, illud amittit. *C. 25. c. 45. de Sent. Excommunicate.* 4. si dimislo habitu Clericali se enormitatebus immiscat, & non resipiscat post trinam Episcopi monitionem. *Covar. Pract. 99. c. 32. n. 2. Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 71. & seqq. 5.* Clerici Goliardi seu bufones, macellarij, seu carnicies, vel tabernarij, si moniti tertio, non desistant, ipso jure privantur privilegio Clericali. *C. un. de Vit. & honest. in 6. Cl. 1. eod.* Etiam aliquando Laici Judices contra Clericos procedunt de licentia saltem præsumpta Ecclesiastici, ideo possunt apprehendere, detinere, imo, & in carcere Clericum in flagranti delicto deprehendunt, si periculum est in mora, ut quam primum ad Judicem Ecclesiasticum remittant, quod praxi totius Orbis comprobatur: quinquo in Nostra Hispania habetur in *L. 9. tit. 3. lib. 1. R. C. Clerigos de Orden Sacra, & Religiosos, & Sacristanes, que fueren hallados andando de noche*

*despues de la Campana de queda por qualche Ciudad, Villa, o Lugar sin lumbre, è sin traer habito de Clerigo, o Frayle: que sea preso por los nuestros Alcaldes, è Juzgias del Lugar donde asì fuere tomado, è los lleven á sus Prelados, o Vicarios, siendo tales, que deban gozar del privilegio del fuero: y los requieran, y amonesten, que requieran, y amonesten á sus Clerigos, y Religiosos, no anden de noche, y á los Sacristanes sin lumbre, è habito honesto; y si dende en adelante no lo guardaren, se pase contra ellos por nuestras Juzgias, como hallaren por Derecho. Et ibid. Aceved. Etiam potest capi per Sacerolare Clericus de fuga suspectus, quando delictum est notorium, vel quando debitum non vult solvere, nec cautionem de eo solvendo praefare vult: & quidem tunc, & ab ipso creditore detineri potest. Quando Clericus portat arma prohibita, potest eis à Judice Sacerulari spoliari, & ipse capitur, ut tradatur Judici Ecclesiastico puniendus; imo, & iuxta Covar. potest imponi Clerico poena statuta contra portantes arma prohibita. *Aceved. in L. 9. tit. 3. lib. 1. R. C. potestque Clericus detineri, & in carcerari à Judice Laico, quando aliter non potest impediri crimen, quod intendit facere: vel si aliter non potest praecaveri damnum proximo immensum. Et prater alios causas, potest capi à Laico, quando hic autoritate, vel mandato Judicis Ecclesiastici procedit. Si Clericus reus lefa Majestatis sit, & se immiticeat rebellioni, aut proditioni subditorum, si inter perduelles in pugna reperratur, potest occidi, vel capi à Judice Saculari, si aliter damnum caveri nequeat: nam hoc ad defensionem naturalium spectare censemur. At verò quando captus est, non potest contra ipsum à Sacerulari procedi, nisi prius degradetur. C. 4. c. 10. b. t. C. 2. c. 12. de Foro compet. C. 27. de V. S. Si Clericus, vel Regularis falset monet, degradatur, & traditur Curia Saculari puniendus; *ex Constitut. Urban. VIII. Barbo. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 97.* Quando Clericus perturbat Regiam Jurisdictionem, vel publicam pacem potest à Rego bonis temporalibus, que in suo Regno obtinet, Hispani: Temporalidades privari: & à Regno ejici. Hispani: Eſtrñar. Et quidem Rex non exercet tunc in Clericos jurisdictionem, sed usit auctoristica potestate, sicut Patria-familias potest à sua domo Capellanum expellere, quia non expedit quod in sua domo illum retineat. *L. 18. tit. 9. p. 1.***

13 Etiam ad forum, & Judicem Ecclesiasticum pertinent aliqua causa temporales, etiam quando reus est Laicus: quia quidem ad utrumque forum spectant, & ideo mixti fori dicuntur, daturque in ipsis locus preventioni, ac proinde de causa cognoscit Iudex, qui prævenit, siue Ecclesiastico, siue Sacerulari sit. *Bobadilla Polit. lib. 2. cap. 17. n. 163. Gonz. in C. 2. b. t. n. 8.* Ita tamen, ut si Laicus punitus est in Foro Ecclesiastico, vel Sacerulari condigne, poena scilicet ordinaria delicto correspondente, non potest in alio foro rursum puniri. *C. 6. de Accusat. ibi: De his criminibus, de quibus absolu-tus est accusatus, non potest accusatio repli-car. L. 6. §. fin. ff. Naut. Cap. ubi dici-tur quod de codem delicto lapsus qua-rendum non est. Si vero solum poena me-dicinalis, vel in foro poenitentiali, licet poenitentia fuisset publica, vel poena, etiam judicialis, sed non condigna delicto, in Foro Ecclesiastico, v. g. est impo-sita, adhuc in Foro Sacerulari potest sup-plieri, quod deest justo suppicio. L. 3. C. de Sportul. C. 5. de Panis in 6. Qui enim commisit crimen mixti fori utramque Rempublicam, Ecclesiasticum vide-licit, & Sacerolare offendit: iustum ergo est, ut ab utraque coercatur. Et hac ratione si Laicus accusatus de delicto mixti fori, sit absolvitus à Judice Ecclesiastico potest condemnari à Sacerulari. Ut tenent Ant. Gam. 3. Var. cap. 1. n. 10. & alij contra *Glos. in C. 6. de Accusat. V. Re-pli-car.* Causa ergo mixti fori sunt sequen-*

tes. Quando in causis matrimonialibus, decimculari, juris patronorum, & alijs spiritualibus, vel ipsiis annexis, non di-cepantur quæſiones juris, sed tantum meri facti. V. gr. si dicit adulterio agatur ad illud puniendum, erit causa mixti fori: quod si ad divortium agatur ad Ecclesiasti-cum pertinet privative. Si agatur de possessione harum rerum retinenda, vel recuperanda contra Laicum, ad utrumque forum spectat cognitio. Itidem ad utrumque forum spectant causa sacrificij, & invasionis rerum Ecclesiasticarum. C. 8. c. 16. de Foro Compet. causa sodomiæ, fornicationis concubinatus, incestus, blasphemia non hereticalis, juramenti, quando agitur ad ejus observa-tionem: perjurij, quando ad ejus puni-tionem agitur: falsitatis literarum Apo-stolicarum, Usurarum, Sortilegij, Magie, & beneficij, quando haec non sunt hereti-calia aliaque similes causa mixti fori sunt. Vide *Bobadilla. Polit. lib. 2. cap. 17. Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 2. Paz in Prax. tom. 2. Prelud. Greg. Lop. in L. 58. tit. 6. p. 1.* & alij com. in his enim casibus potest Iudex Ecclesiasticus contra Laicum procedere, sed in Nostra Hispania, quando vult executionem facere in Laicos, vel in bona Laicorum, non debet illos apprehendere per Ministrorum Tri-bunalis Ecclesiastici, etiam talis vigeat consuetudo, sed debet ad hoc invocare auxilium brachij Sacerularis: quod si aliter faciat, temporalibus privatur, & potest reus Laicus impune relistere Ministro Ju-dicis Ecclesiastici. *L. 14. l. 15. tit. 1. lib. 4. R. C.*

14 Exempio Clericorum à jurisdictione seculari, quoad causas temporales esse de Jure Divino, tenent *Glos. in C. 11. D. 96. V. Discuti. Barbo. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 4.* & alij, quod probant à paritate Sacerdotum, & Levitarum, qui erant exempti Jure Divino antiquo à jurisdictione seculari aliarum Tribuum. *Levit. cap. fin. v. 28.* Et ex illo Da-vid Psalm. 104. v. 15. *Nolite tangere Christos meos. Matth. 17. v. 25.* ubi Christus D. dixit: *Ergo liberi sunt filij:* ubi nomine filiorum, juxta D. Hieron. & August. Cle-rici intelliguntur. E contra vero, hanc exemptionem in nova Legi solo Jure Positivo esse introductam, tenent *Bellar. lib. 1. de Cleric. cap. 28. Molin. de Just. tr. 2. D. 31. n. 11.* & alij: quia nullus textus inventur in novo Testamento, in quo fundetur, imo contrarium constare vide-tur; nam *Apof. ad Rom. 13. v. 1.* sic abso-lute

